vxoris pectus suum gladio perfossit
Narrat. eciam ibidem quod exem-
placius cum vxor sua decessisset
postulauit ut sibi ingereretur
atque pariter cum ipsa crearetur. Et-
c e contra virorum dilatio, sed nunquid
femine viros sic amauerunt Narrat
enim ibidem Valerius, quod cum Julia
filia cesaris vidisset vestem sui
coniugis scilicet pompeii magno
cruore aspersam ipsa territa metu
ne sibi violencia facta fuisset
partum quem in vtero habebat
primis dolore emittere fuit co-
acta Narrat insuper Valerius ibidem
quod porcia filia cathonis cum vi-
disset virum suum brutum intemp-
tum ferrum postulabat ut se ipsam
interficeret, et quia non dabatur ei
ideo carbones ardentes ore hau-
rire non dubitauit et nouo genere
mortis consumpta est Ibidem eciam
de uxore methridacii regis legitur
quod virum suum intantum amauit quod
se ipsam in habitum virilem transfor-
mauit, tonsis quod capillis, suum de-
corem quottidie aspreuit ut coniugis
periculis interesse posset Jnde cum me-
thridacius a pompeio fuisset
deuictus ipseque fugeret eius vx-
or semper insecuta fuit, suique viri
consecucionem allenias poia con-
solata fuit Si igitur gentiles
in coniugio tantam amiciciam seruaue-
runt Quid igitur fidelibus est op-
timum ut amicicia in eis comparetur
Nam prosperitatis amicicia mater

est federis enim coniugii et amore
inchoatur et amore manu tenetur Non
quidem amore voluptatis, sed gratifi-
ce societatis sub spe obtinende pro-
lis Vnde hugo libro primo de sa-
cramentis parte xi capitulo vii inquit
bonum coniugii ut est spes prolis de-
uote expectetur, amanter suscipiatur
religiose nutriatur Et ibidem capitulo 3o
Institutum inquit coniugium ante peccatum
fuit ad officium ut natura multipli-
caretur Sed post peccatum est ad officium
ut proles habeatur ad remedium
ut vicium euitetur Merito igitur apostolus
prima ad korinthios vii° dicebat Qui
habent vxores tanquam non habentes
quasi dicat Non libido sed proles querenda
est Vnde Jeronimus contra Jouini-
anum Vir inquit in deo debet amare
vxorem ut non feratur ad voluptatis
impetum, quia nichil fedius
est vxorem diligere sicut adulte-
ra Et narrat ibidem de quodam
qui vxorem suam intantum diligebat
quod eius presencia carere non poterat
Et ideo dicit Jeronimus Ordo igitur
amoris honesta sed magnitudo de-
formis est dicat, quod coniugium ho-
nestum est sed talis amor vilis est
Commemoremus enim vera castitate
Narrat enim vegecius libro 2o de
continencia Allexandri Qui cum
fuisset ei tradita virgo pulcherrima
cuidam tunc principi desponsata, illa
non aspexit, sed cum dotibus ad vi-
rum suum remisit et exinde princi-
pes omnes sibi reconciliauit

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0279
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg